



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ritus & forma celebrandi Sponsalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

sponsorum promissum est, fama publica canonici impedimenti, & alij quidam casus in iure expressi.

XX. In dissoluedis iustam ob causam sponsalibus iudicis Ecclesiastici auctoritas interponi debet, si causa sit dubia & non satis vulgo explorata.

Sponsalia
cu us au-
ctoritate
dissoluan-
tur.

RITVS ET FORMA CE- lebrandi sponsalia.

 Vanquam in his partibus sponsalia plurimùm priuatim in præsentia solum cognatorum & amicorum celebrantur; tamen si aliquando ad solennem illorum celebrationem Parochum eiusve vicarium vocari contingat, meminerit ille decens esse, vt quando iam priùs de omnibus benè inter sponsum sponsamq; ac vtriusq; partes conuenit, tunc coram ipsis indutus veste talari in Ecclesia, eius porticu, ambitu, vel cœmiterio, aut certè loco publico siue aliàs honesto compareat. Vbi proposita per aliquem ad id ex amicis constitutum conuentus causa diligenter ad ea, quæ supra not. 6. 7. & 8. posita fuerunt, aduertat atq; inuestiget. Quando de istis à sponso sponsaque sufficienter fuerit edoctus, nomina vtriusque & cognomina inscribat, Ac primum compellans nomine & cognomine sponsum dicat:

N. Venisti huc voluntate libera, nullique astrictus, vt promittas te **N.** quam manutenes in vxorem ducturum?

V 2

N. Er

N. Erscheinet ihr allhie auß eigenem freyen Willen/ auch lediger anderen ihr die Ehe versprochen/ daß ihr angelobet diese **N.** welche ihr bey der Handt habt/ zu ewerm Ehegemahl zu nehmen.

Affirmante sponso simili modo sponsam interroget, annuente autem illa Parochus apprehensus verecundè vtriusque dextris sponsum primò, inde sponsam sequentia proferre iubebit.

Ego **N.** coram præsentibus omnibus promitto me hanc **N.** quam teneo ducturum in legitimam vxorem, si non obstiterit aliquod canonicum impedimentum.

Ich **N.** verheische hier vor allen diesen gegenwertigen Freunden/ diese **N.** welche ich mit der Handt hab/ vor mein ehelich Gemahl zu nehmen / so fern sich bey der heiligen Kirchen kein Verhindernuß befinden wird.

Promissionibus eo modo inuicem factis Pastor subiunget:

Et ego hæc sponsalia vestra ac promissionem mutuam auctoritate, quâ vt minister Ecclesiæ fungor accepto, & approbo in nomine Pa⁺tris, & Fi⁺lij, & Spiritus⁺ sancti, Amen.

Post hæc desponsatis sacerdos foelicem coniugij coepti successionem precetur, & eorum quæ de coniugio piè & religiosè ineundo paulo antè nota x. xi. xii. xiii. xiv. dicta sunt, admoneat. Ad quæ promptè libenterque perficienda facilius inducentur, si Tobix & Saræ, septemque qui cum eam libidinis instinctu ducerent ab Asmodæo

damone

dæmone sunt extincti, exemplum ijs proponatur, & præfertim illa Raphaelis Angeli verba:

Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus; habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Tob. 6.

DE PROCLAMATIONIBVS
matrimonij, & dimissoriali-
bus notæ.

I.

Fiant deinde tres illæ tribus diebus festiuis proclamationes publicæ, vt supra notatione 13. ex decreto Concilij Tridentini dictum est.

II. Denūciationes eiusmodi nec pauciores nec diebus alijs, aut aliter fieri debent, quàm ab Ecclesia cōstitutum; nisi ex speciali Ordinarij concessione.

III. Si desponsati in diuersis viuant parochijs, promulgationes in vtraque fiant parochia, & literæ dimissoriæ ferantur ad Pastorem, per quem copulandi sunt.

IV. Qui illis diligenter lectis & consideratis vbi nullum intellexerit obstare canonicum impedimentum ad celebratio-